

tatem in verbis institutionis retinendam: & simul inusitatae praedicationis Genus in ijs locum habere docemus: Prius enim illud vocabula singula respicit: hoc verò posterius, totum praedicationis complexum considerat.

62. Quid? Quòd praedicationem hanc inusitadam appellare non possemus, nisi simplicem ac propriam singularum vocum significationem retineremus.

63. Quamprimùm enim ad improprietatem aliquam & figuratum sensum unum verbum inflexeris: ilicò inusitati modi rationem in praedicatione omnem sustuleris.

Q U A E S T I O II.
DE MODO DISPENSATIONIS
materiae sive substantiae
in Sacra Coena.

64. Demonstrato hactenus eo, quòd verba institutionis S. Coenae Dominicae κατὰ τὸ ρητὸν sint accipienda: ac proinde in ejus usu panis Eucharistiae non sit simplex panis elementaris: Sed ipsum Corpus Christi: Quemadmodum & vinum non sit simplex vinum, sed ipsissimus sanguis Christi: Queritur nunc de modo dispensationis, quo preciosissimus iste thesaurus hominibus obtingit.

Respon-